



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 9. Guilielmus de Campania Archiepiscopus Senonensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

enim mala fide Regis Angliae satis ex-Sæcul. XII.
ffurum,
gnitatem
ant, n
fidem,
ur, ex
, quod
t, Ab
et, n*il*
nempe
, con
scissis
ad Re
orem,
m ille
se de
n Rex
ornat,
batur,
e, id.
Roto
Niver
Cleri
Vivia
istola
. qua
, ro
peret
Gra
non
. Is
enim

plorata, ubi dies a Papa præfixa præ- A.C. 1169.
teriit, Viviano in Francia relicto, iter
Romam capessivit.

§. IX.

*Guilielmus ex Campania Archiepi-
scopus Senonensis.*

Gratianus ergo Romam contendebat, *Sup. Lib.*
cum electo Archiepiscopo Seno- *LXXI.*
nensi, nempe Guilielmo *manibus can-*
didis, Regi Ludovico juniori affinitate
juncto, cui anno millesimo centesimo
sexagesimo quinto in Episcopum Carnu-
tentsem electo Alexander Papa, concessa
dispensatione, indulserat, ut annis quin-
que, ut superius meminimus, conse-
crationem differret. Intra hoc tempo-
ris spatium, cum Archiepiscopatus Seno-
nensis anno millesimo centesimo sexa-
gesimo octavo per obitum Hugonis va-
casset, ei sufficitur per electionem Gui-
lielmus, retinens nihilominus Episco-
patum Carnutensem, quo ut duobus ad-
huc annis potiretur, Alexander Papa
licentiam dedit. Consecratus est vero
Archiepiscopus Senonensis die Dominica
vigesima secunda Decembris eodem anno
a Mauritio Episcopo Parisiensi, atque ut
fileamus Guilielmi auctoritatem, quam
ei excelsi natales & Sedis suæ Dignitas
conciliabant, nullum etiam ex cunctis

§. 17.
Rob. de
monte
an. 1165.
idem 1165.
Chro.
S. Petri
vivi. 1163.

Tt 4

Franciæ

Sæcul. XII. Franciæ Clericis ipso prudentiorem aut
A.C. 1169. eloquentiorem, teste Joanne Saro-
beriensi, ejusdem in Sede Carnutensi
Epist. 239. Successore, invenire fuit. Ceterum Gui-
Jo. Sarib. lielmus, post Regem Franciæ maximum
ap. Lup. II. Archiepiscopi Cantuariensis Præsidium,
65. colloquiis, inter Gratianum & Vivia-
3. ep. 30. 31. num Nuncios ac Regem Angliæ habitis,
interfuerat,

§. X.

Mandata Regis Angliæ contra Papam.

Cum igitur Rex Angliæ comperisset,
quod Archiepiscopus Senonensis (ut
conjectura est ad accipendum Pallium)
& Gratianus Romam proficerentur,
perterritus timuit, ne Papa huic Archi-
episcopo Legationem in Ditionibus suis,
quas in Continenti tenebat, conferret.
Neminem enim magis quam Guilielmum
Præsulem in Ecclesia Gallicana, &
Gratianum in Ecclesia Romana formi-
dabat.

3. ep. 65. In Angliam vero Rex Geofridum *Ridel*
Gervas. an. Archidiaconum Cantuariensem, Richar-
1169. vit. dum Archidiaconum Pictaviensem, alios
p. 167. que Ministros misit, traditis mandatis,
quibus omnes Episcopi Londini con-
venire, novumque Decretum se serva-
tuos jurejurando promittere jubeban-
tur. Erat autem illud ferme hujusmodi:
Si post Festum S. Dionysii quisquam in
Anglia